




7/16

Fr. Enrique Peres.



A $\frac{77}{16}$





1850

OFFICIUM

TRANSLATIONIS CORPORUM

SANCTORUM FRATRUM

HEMETHERII ET CELEDONII

MARTYRUM ET PATRONORUM

SANCTÆ ECCLESIAE CATHEDRALIS,

CIVITATIS,

ET TOTIUS DIOECESIS

CALAGURRITANÆ.

DUPLEX PRIMÆ CLASSIS

CUM OCTAVA.



Fr. Enrique Perex.

MATRITI.

TYPIS REGIÆ SOCIETATIS.

OPERAS DIRIGENTE JOANNE JOSEPHO SIGUENZA ET VERA.

ANNO 1818.

OFFICIUM

TRANSLATIONIS CORPORUM

SANCTORUM FRATRUM

HEMETHERII ET CELEDONII

MARTYRUM ET PATRONORUM

SANCTE ECCLESIE CATHEDRALIS

CIVITATIS

ET TOTIUS DIOCESEOS

CALAGURITANE

DUPLEX PRIMÆ CLASSIS

CUM OCTAVA



PROPRIETAS

St. Charles

MARTII

TYPIS REGIE SOCIETATIS

OFFICII REGII JOSEPHI JOSEPHI ET ALII

ANNO 1818



Plaque de l'Académie de la langue française
par M. de la Harpe, 1755



LOS S.^{OS} MARTIRES HEMETERIO Y CELEDONIO
Patrones de la Ciudad y Obispado de Calahorra.

DIE XXXI. AUGUSTI.

IN FESTO

TRANSLATIONIS CORPORUM SANCTORUM FRATRUM

HEMETHERII ET CELEDONII

MARTYRUM,

SANCTÆ ECCLESIAE CATHEDRALIS, CIVITATIS,

ET TOTIUS DIOECESIS CALAGURRITANÆ PATRONORUM

ex concessione SS. D. N. Papæ PII VII,
8 julii 1817.

DUPLEX PRIMÆ CLASSIS CUM OCTAVA.

AD VESPERAS,

Ant. Hemethérius, et
Celedónius, Mártyres ín-
clyti cálicem Dómini de
torrénte bibérunt: propter-
eà in glória exaltavérunt
caput.

PSALMUS 109.

Dixit: Dóminus Dómino
meo: * Sede à dextris meis;
Donec ponam inimicos

tuos, * scabèllum pedum
tuòrum.

Virgam virtútis tuæ emít-
tet Dóminus ex Sion: * do-
minâre in médio inimicò-
rum tuòrum.

Tecum princípium in die
virtútis tuæ in splendóribus
sanctòrum: * ex útero ante
lucíferum genui te.

Jurâvit Dóminus, et non

pœnitêbit eum : * Tu es Sacerdos in ætérnum secundùm órđinem Melchisedech.

Dóminus à dextris tuis : * confrégit in die iræ suæ reges.

Judicábit in natióibus, implêbit ruínas : * conquassábit cápita in terra multórum.

De torrén-te in via bibet : * proptér-eà exaltábit caput.

Glória Patri, et Fílio, * et Spirítui Sancto :

Sicut erat in princípío, et nunc et semper, * et in sæcula sæculórum. Amen.

Ant. Hemethérius, et Celedónius, Mártyres ín-clyti cálicem Dómini de torrén-te bibérunt : proptér-eà in glória exaltavérunt caput.

Ant. Gloriósa dicta sunt de frátribus Sanctis, per quórum passió-nem mirá-bilem miséricors et miserátor Dóminus virtútem óperum suórum annuntiávit pópulo suo.

PSALMUS 110.

Confitebor tibi, Dómine, in toto corde meo, * in con-

sílio justórum, et congregatióne.

Magna ópera Dómini : * exquisita in omnes voluntates ejus.

Conféssio et magnificéntia opus ejus ; * et justítia ejus manet in sæculum sæculi.

Memóriam fecit mirábíl-ium suórum miséricors et miserátor Dóminus : * escam dedit timéntibus se.

Memor erit in sæculum testaménti sui : * virtútem óperum suórum annuntiábit pópulo suo ;

Ut det illis hæreditátem géntium : * ópera mánuum ejus véritas et judícium.

Fidélia ómnia mandáta ejus, confirmáta in sæculum sæculi ; * facta in veritáte et æquitáte.

Redemptió-nem misit pópulo suo : * mandávit in ætérnum testaméntum suum.

Sanctum et terríbile nó-men ejus : * inítium sapiéntiæ timor Dómini.

Intelléctus bonus óm-nibus faciéntibus eum : * laudátio ejus manet in sæculum sæculi.

Glória Patri... Sicut erat...
Ant. Gloriosa dicta sunt
 de fratribus Sanctis, per
 quorum passionem mirabi-
 lem misericors et miserator
 Dominus virtutem operum
 suorum annuntiavit populo
 suo.

Ant. In memoria ætér-
 na erunt Hemethérius, et
 Celedónius milites Christi,
 quia magnum certámen sus-
 tinuerunt passionum: cornu
 eorum exaltabitur in glória.

PSALMUS III.

Beatus vir, qui timet Dó-
 minum: * in mandátis ejus
 volet nimis.

Potens in terra erit semen
 ejus: * generatio rectórum
 benedicetur.

Glória, et diyítia in do-
 mo ejus; * et justítia ejus
 manet in sæculum sæculi.

Exórtum est in ténebris
 lumen rectis: * misericors,
 et miserator, et justus.

Jucúndus homo qui mise-
 rétur et commodat; dispón-
 net sermónes suos in judí-
 cio: * quia in ætérnum non
 commovébitur.

In memoria ætérna erit

justus: * ab auditióne mala
 non timébit.

Parátum cor ejus speráre
 in Dómino; confirmátum est
 cor ejus: * non commové-
 bitur donec despiciat inimi-
 cos suos.

Dispérsit, dedit paupéri-
 bus; justítia ejus manet in
 sæculum sæculi: * cornu ejus
 exaltabitur in glória.

Peccátor vidébit, et iras-
 cétur; déntibus suis fremet
 et tabéscet: * desidérium
 peccatórum peribit.

Glória Patri... Sicut erat...

Ant. In memoria ætér-
 na erunt Hemethérius, et
 Celedónius milites Christi,
 quia magnum certámen sus-
 tinuerunt passionum: cornu
 eorum exaltabitur in glória.

Ant. Reliquérunt milí-
 tiam terrénam, ne sæculo
 servírent: Ídeo Dóminus
 Deus noster, qui in altis há-
 bitat, collocávit eos cum
 principibus populi sui.

PSALMUS IIII.

Laudáte, púeri, Dómi-
 num: * laudáte nomen Dó-
 mini.

Sit nomen Dómini bene-

díctum, * ex hoc nunc, et usque in sæculum.

A solis ortu usque ad occásu * laudábile nomen Dómini.

Excelsus super omnes gentes Dóminus ; * et super cælos glória ejus.

¿Quis sicut Dóminus Deus noster, qui in altis hábitat, * et humília respicit in cælo et in terra ?

Súscitans à terra ínopem, * et de stercore érigens pauperem :

Ut cóllocet eum cum princípibus, * cum princípibus pópuli sui.

Qui habitare facit stérilem in domo, * matrem filiorum lætántem.

Glória Patri... Sicut erat..

Ant. Reliquérunt militiam terrénam, ne sæculo servírent : Ídeo Dóminus Deus noster, qui in altis hábitat, collocávit eos cum princípibus pópuli sui.

Ant. Laudáte Dóminum, omnes pópuli, quóniam per gloriósos Mártyres suos Hemethérium et Celedónium confirmávit super nos misericórdiam suam.

PSALMUS 116.

Laudáte Dóminum, omnes gentes: * laudáte eum, omnes pópuli:

Quóniam confirmáta est super nos misericórdia ejus; * et véritas Dómini manet in ætérnum.

Glória Patri... Sicut erat...

Ant. Laudáte Dóminum, omnes pópuli, quóniam per gloriósos Mártyres suos Hemethérium et Celedónium confirmávit super nos misericórdiam suam.

CAPITULUM.

Eph. 6.

Fratres : Confortámini in Dómino et in poténtia virtútis ejus : Indúite vos armatûram Dei, ut possitis stare advérsus insídias diáboli.

HYMNUS.

Scripta sunt cælo duòrum Mártyrum vocábula, Aúreis quæ Christus illic Annotávit líteris : Sanguinis notis et idem Scripta terris trádedit. Pollet hoc felix per orbem Terra Ibéra stémmate : Hic locus dignus tenédis Óssibus visus Deo ,

Qui Beatòrum pudicus
 Esset hospes Còrporum.
 Hic caléntes háusit undas
 Cæde tinctas dúplici;
 Íllitas cruòre sancto
 Nunc arénas incolæ
 Confrequéntant obsecrán-
 tes
 Voce, votis, múnere.
 Nemo puras hic rogádo
 Frustra congéssit preces:
 Lætus hinc tersis revértit
 Supplicátor flétibus
 Omne, quod justum po-
 pòscit
 Impetrátum séntiens.
 Sempitérna sit beáta
 Trinitáti glória,
 Æqua Patri Filiòque,
 Par decus Paráclyto,
 Uníus Triníque nomen
 Laudet univérsitas.
 Amen.

Sancti Mártýres, Pa-
 tróni nostri, deféndite nos
 in prælio.

R. Ut non pereámus in
 treméndo iudício.

AD MAGNIFICAT,

Ant. ¡O rosæ purpúreæ,
 gemmæ Paradísi, Mártýres
 egrégii, mílites gloriósi, He-
 methéri et Celedóni! ¡O cer-
 tæ spei nostra pignora tu-

tíssima, quòrum sancto vi-
 gémus, ac deféndimur pa-
 trocínio magnificántes Dó-
 minum!

CANTICUM B. MARIE VIRGIN.

Luc. I.

Magnificat * ánima mea
 Dóminum;

Et exultávit spíritus meus*
 in Deo salutári meo.

Quia respéxit humilitá-
 tem ancillæ suæ: * ecce enim
 ex hoc beátam me dicent
 omnes generatiónes.

Quia fecit mihi magna
 qui poténs est; * et sanctum
 nomen ejus.

Et misericórdia ejus à
 progénie in progénies, * ti-
 méntibus eum.

Fecit poténtiam in brá-
 chio suo: * dispérsit supér-
 bos mente cordis sui.

Depósuit poténtes de se-
 de; * et exaltávit húmiles.

Esuriéntes implévit bo-
 nis; * et dívites dimísit inánes.

Suscépit Ísrael púerum
 suum, * recordátus miseri-
 córdiæ suæ:

Sicut locútus est ad pa-
 tres nostros, * Ábraham, et
 sémini ejus in sæcula.

- Glória Patri... Sicut erat...

Ant. O rosæ purpuræ,
gemmæ Paradisi, Mátyres
egregii, milites gloriósi, He-
methéri et Celedóni! O cer-
tæ spei nostræ pignora tu-
tissima, quòrum sancto vi-
gêmus, ac defêndimur pa-
trocinio magnificantes Dó-
minum!

ŷ. Dóminus vobiscum.

R. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

Deus, qui nos pretiósus
beatòrum Mátyrum tuòrum
Hemethérii et Celedónii cor-
póribus mirábiliter decorá-
re voluisti: concède propí-
tius, ut quòrum patrocinio
latámur in terris, còrum
consórtio frui mereámur in
cœlis: Per Dóminum nos-
trum...

ŷ. Dóminus vobiscum.

R. Et cum spíritu tuo.

ŷ. Benedicámus Dómino.

R. Deo grátias.

ŷ. Fidélium animæ per
misericórdiam Dei requiê-
cant in pace.

R. Amen.

AD MATUTINUM.

ŷ. ✠ Dómine, lábia mea
aperies;

R. Et os meum annuntiá-
bit laudem tuam.

ŷ. ✠ Deus, in adjutó-
rium meum inténde:

R. Dómine, ad adjuvân-
dum me festína.

Glória Patri, et Fíliol..

INVITATORIUM.

Christum Dóminum in
Sanctis Milítibus pugnán-
tem et vincéntem, * Veníte,
adorémus.

PSALMUS 94.
Veníte, exultémus Dómi-
no; jubilémus Deo salutári
nostro; præoccupémus fá-
ciem ejus in confessiône, et
in psalmis jubilémus ei.

Christum Dóminum in
Sanctis Milítibus pugnán-
tem et vincéntem, veníte,
adorémus.

Quóniam Deus magnus
Dóminus, et Rex magnus
super omnes deos; quóniam
non repellet Dóminus ple-
bem suam; quia in manu ejus
sunt omnes fines terræ, et
altitúdines móntium ipse
cónspicit.

Venite, adorémus.

Quóniam ipsius est mare, et ipse fecit illud, et áridam fundavérunt manuse ejus. (*Hic omnes genuflectunt usque ad Deum inclusive.*) Venite, adorémus, et procidámus ante Deum: plorémus corám Dómino, qui fecit nos: quia ipse est Dóminus Deus noster; nos autem pópulus ejus, et oves pásuæ ejus.

Christum Dóminum in Sanctis Milítibus pugnántem et vincéntem, veníte, adorémus.

Hódie si vocem ejus audieritis, nolite obduráre corda vestra, sicut in exacerbatióne secúndum diem tentatiónis in deserto: ubi tentavérunt imē patres vestri, probavérunt, et vidérunt ópera mea.

Venite, adorémus.

Quadragínta annis próximus fui generatióni huic et dixi: Semper hi errant corde: ipsi verò non cognóverunt vias meas, quibus jurávi in ira mea: Si introibunt in réquiem meam.

Christum Dóminum in Sanctis Milítibus pugnán-

tem et vincéntem, veníte, adorémus.

Glória Patri, et Fílio, et Spirítui Sancto: sicut erat in princípio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculòrum. Amen.

Venite, adorémus.

Christum Dóminum in Sanctis Milítibus pugnántem et vincéntem, veníte, adorémus.

H Y M N U S.

Fortè tunc atrox secúndos
Israélis Pósteros
Ductor aulæ mundiális
Ire ad aram jússerat,
Idólis litáre nigris
Esse Christi defugas.

Hic duòrum chara fratrum
Concaléscunt pectora,
Fidá quos per omne tempus

Júnkerat sodálitas:
Stant paráti ferre quidquid

Sors tulísset última:
Seu foret præbenda cervix

Ad bipénnem públicam,
Vérberum post vim crepántum

Post catástas ígneas:
Sive pardis offeréndum
Pectus aut leónibus.

Nosñe Christo procreáti
 Mammónæ dicábimur,
 Et Dei formam gerentes
 Serviémus sæculo?
 Absit, ut cœlestis ignis
 Se ténebris misceat.
 Hæc loquéntes, obruúntur
 Mille pœnis Mártýres,
 Néxibus manus utrásque
 Flexus invólvit rigor,
 Et Calibs attríta colla
 Grávibus ambit circelis.
 Sempitérna sit beátæ
 Trinitáti glória
 Æqua Patri, Filiôque,
 Par decus Paráclyto,
 Unius Triníque nomen
 Laudet universitas.
 Amen.

IN I. NOCTURNO,

Ant. Beáti isti fratres,
 qui relíctis gentílium cas-
 tris, et non abeúntes in con-
 sílio impiôrum, gloriôsum
 ságuinem fuderunt pro Dó-
 mino, ut fructum suum da-
 rent in témpore suo.

PSALMUS I.

Beátus vir, qui non ábiit in
 consílio impiôrum, et in via
 peccatórum non stetit, * et
 in cáthedra pestiléntiæ non
 sedit.

Sed in lege Dómini vo-
 lúntas ejus, * et in lege ejus
 meditábitur die, ac nocte.

Et erit tamquam lignum,
 quod plantátum est secus
 decúrsus aquárum, * quod
 fructum suum dabit in témp-
 ore suo.

Et fólium ejus non dé-
 fluet: * et ómnia quæcúm-
 que faciét, prosperabúntur.

Non sic ímpii, non sic: *
 sed tamquam pulvis, quém
 prójicit ventus à fácie terræ.

Ideò non resúrgent ímpii
 in judício: * neque peccató-
 res in concílio justòrum.

Quóniam novit Dóminús
 viam justòrum: * et iter im-
 piôrum peribit.

Glória Patri... Sicut erat...

Ant. Beáti isti fratres,
 qui relíctis gentílium cas-
 tris, et non abeúntes in con-
 sílio impiôrum, gloriôsum
 ságuinem fuderunt pro Dó-
 mino, ut fructum suum da-
 rent in témpore suo.

Ant. Prædicántes præ-
 ceptum Dómini, et minas
 hóminum non tíméntes, ut
 soli Deo in timóre servírent,
 constitúti sunt ab eo in mon-
 te sancto ejus.

Quare fremuerunt gentes,*
et populi meditati sunt inania?

Astitērunt reges terræ,
et principes convenērunt in
unum;* advērsus Dóminum,
et advērsus Christum ejus.

Dirumpāmus víncula eorū:
* et projiciāmus à nobis
jugum ipsōrum.

Qui hábitat in cœlis,*
iridēbit eos:* et Dóminus
subsannābit eos.

Tunc loquētur ad eos in
ira sua:* et in furōre suo
conturbābit eos.

Ego autem constitutus
sum Rex ab eo super Sion
montem sanctum ejus;* præ-
dicans præceptum ejus.

Dóminus dixit ad me: *
Fílius meus es tu, ego hódie
génui te.

Póstula à me, et dabo tibi
gentes hæreditatem tuam,*
et possessionem tuam término
s terræ.

Reges eos in virga fere-
rea,* et tamquam vas figu-
li confringes eos.

Et nunc reges intelligi-
te:* erudimini, qui iudicā-
tis terram.

Servite Dómino in timóre:
* et exultate ei cum tre-
móre.

Apprehēdite discipli-
nam, nequādo irascātur
Dóminus:* et pereātis de
via justa.

Cum exārserit in brevi
ira ejus,* beāti omnes,
qui confidunt in eo.

Glória Patri... Sicut erat...

Ant. Prædicātes præ-
ceptum Dómini, et minas hó-
minum non timētes, ut soli
Deo in timóre servírent,
constituti sunt ab eo in mon-
te sancto ejus.

Ant. Tu, Dómine, sus-
céptor noster es, glória nos-
tra, et exáltans caput nos-
trum.

PSALMUS 3.
Dómine, quid multiplicati
sunt, qui tríbulant me? *
multi insurgunt advērsum
me.

Multi dicunt animæ meæ: *
non est salus ipsi in Deo
ejus.

Tu autem, Dómine, sus-
céptor meus es,* glória mea
et exáltans caput meum.

Voce mea ad Dóminum
clamavi:* et exaudivit me

de monte sancto suo.

Ego dormivi, et soporatus sum : * et exurrexi, quia Dominus suscepit me.

Non timebo millia populi circumdantis me : * exurge, Domine, salvum me fac Deus meus.

Quoniam tu percussisti omnes adversantes mihi sine causa : * dentes peccatorum contrivisti.

Domini est salus : * et super populum tuum benedictio tua.

Glória Patri... Sicut erat...

Ant. Tu, Domine, susceptor noster es, glória nostra, et exaltans caput nostrum.

Ps. Præcinxisti nos, Domine, virtute ad bellum.

R. Et odientes nos disperdidisti.

Pater noster...

Ps. Et ne nos inducas in tentationem :

R. Sed libera nos à malo.

ABSOLUTIO.

Exaudi, Domine Jesu Christe, preces servorum tuorum, et miserere nobis, qui cum Patre, et Spiritu

Sancto vivis et regnas in sæcula sæculorum.

R. Amen.

Ps. Jube, Domne, benedicere.

BENEDICTIO.

Benedictione perpétua benedicat nos Pater æternus.

R. Amen.

De Epístola beati Pauli Apóstoli ad Hebræos.

LECTIO. I.

Cap. 2.

Sancti per fidem vicerunt regna, operati sunt justitiam, adepti sunt repromissiones, obturaverunt ora leonum, extinxerunt impetum ignis, effugerunt aciem gladii, convalescerunt de infirmitate, fortes facti sunt in bello, castra vertērunt exterorum, acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos. Alii autem distenti sunt, non suscipientes redemptionem, ut meliorem invenirent resurrectionem.

R. Hemethérius et Celedónius milites Christi armaverunt se ad pugnam, non clypei et hastæ munitiōe,

sed sermónibus óptimis et exhortatióibus: * Ideò vicérunt propter sánguinem Agni, non in virtúte cóporis, nec armatúræ poténtia, sed verbo Dómini. *Ps.* Noluerunt infringere legem Dei sanctam, et trucidáti sunt. Ideò vicérunt...

Ps. Jube, Domne, benedícere.

BENEDICTIO.

Unigénitus Dei Fílius nos benedícere, et adjuvâre dignétur.

R. Amen.

LECTIO II.

Alii vero ludíbria, et vérbera expérti, insuper et víncula et cárceres, lapidáti sunt, secti sunt, tentáti sunt, in occisióne gládii mórtui sunt, circumiérunt in melòtis, in péllibus caprínis, e-géntes, angustiáti, afflícti, quibus dignus non erat mundus, in solitudínibus errántes, in móntibus et spelún-cis, et in cavérnis terræ. Et hi omnes testimónio fidei probáti.

R. Púeri mei, nolíte timère, quia ego vobíscum sum, dicit Dóminus: * Præ-

paráte scutum, et clypeum, et procédite ad bellum. *Ps.* Ego mandávi sanctificá-tis meis, et vocávi fortes meos, exultántes in glória mea. Præparáte scutum...

Ps. Jube, Domne, benedícere.

BENEDICTIO.

Spirítus Sancti grátia il-lúminet sensus, et corda nostra.

R. Amen.

LECTIO III.

Ideòque et nos tantam habéntes impósitam nubem téstium, deponéntes omne pondus, et circúrstans nos peccátum, per patiéntiam currámus ad propósitum nobis certámen, aspiciéntes in auctòrem fidei, et consummátorem Jesum, qui propósito sibi gáudio, sustínuit crucem, confusióne contémpta, atque in dextera sede Dei sedet. Recogitáte enim eum, qui talem sustínuit à peccatóribus advérsus semetípsum contradiciónem, ut ne fatigémini ánimis vestris deficiéntes.

R. Egréssi ad pugnam viri fortíssimi Hemethérius et

Celedónius , fundáti supra firmam petram , et praelia Dómini praeliántes , tot , et tália in passiõe pertulère supplicia , quæ vel ipsum Tyránnum púduit publicári : * Sevéro namque prohibuit edicto , gesta sacròrum viròrum , sive quas passi sunt pœnas , sive quæ patrârunt miracula , in apértum prodúci. *ψ.* Invíctos Christi mílites multitúdo pœnarum superâre non pótuit, quos multitúdo virtutum præmunierat. Sevéro... Glória Patri... Sevéro...

IN II. NOCTURNO,

Ant. Ingrediéntes sine mácula , et operántes justítiam requiéscent , Dómine , in monte sancto tuo.

PSALMUS 14.
Dómine , quis habitábit in tabernáculo tuo ? * ¿aut quis requiéscent in monte sancto tuo ?

Qui ingréditur sine mácula , * et operátur justítiam.

Qui lóquitur veritátem in corde suo , * qui non egit dolum in língua sua :

Non fecit próximo suo malum , * et oppróbrium non accèpit advérsus próximos suos.

Ad níhilum dedúctus est in còspéctu ejus malignus : * tíméntes autem Dóminum gloríficat.

Qui jurat próximo suo et non decipit : * qui pecúniã suã non dedit ad usúram , et múnera super innocentem non accèpit.

Qui facit hæc , * non móvébitur in ætérnum.

Glória Patri... Sicut erat...

Ant. Ingrediéntes sine mácula , et operántes justítiam , requiéscent , Dómine , in monte sancto tuo.

Ant. In terra nostra mirificávit Dóminus sanctos suos : propter hoc lætátum est cor nostrum , et exultávit língua nostra.

PSALMUS 15.
Cònsérva me , Dómine , quóniam sperávi in te : * Dixi Dómino : Deus meus es tu , quóniam bonòrum meòrum non eges.

Sanctis , qui sunt in terra ejus , * mirificávit omnes

voluntates meas in eis.

Multiplicatae sunt infirmitates eorum : * postea acceleraverunt.

Non congregabo conventicula eorum de sanguinibus : * nec memor ero nominum eorum per labia mea.

Dominus pars hereditatis meae, et calicis mei : * tu es, qui restitues hereditatem meam mihi.

Funes ceciderunt mihi in praelaris : * etenim hereditas mea praelara est mihi.

Benedicam Dominum, qui tribuit mihi intellectum : * insuper et usque ad noctem increpuerunt me renes mei.

Providēbam Dominum in conspectu meo semper : * quoniam a dextris est mihi, ne commovear.

Propter hoc letatum est cor meum, et exultavit lingua mea : * insuper et caro mea requiescet in spe.

Quoniam non derelinques animam meam in inferno : * nec dabis sanctum tuum videre corruptionem.

Notas mihi fecisti vias vitae, adimplēbis me letitia cum vultu tuo : * delectatio-

nes in dextera tua usque in finem.

Gloria Patri... Sicut erat...

Ant. In terra nostra mirificavit Dominus sanctos suos : propter hoc letatum est cor nostrum, et exultavit lingua nostra.

Ant. Non acceperunt in vano animas suas, sed eas tradiderunt pro testamento Dei : ideo accipient benedictionem a Domino.

PSALMUS 23.

Domini est terra, et plenitudo ejus : * orbis terrarum, et universi, qui habitant in eo.

Quia ipse super maria fundavit eum : * et super flumina praeparavit eum.

Quis ascendet in montem Domini ? * et quis stabit in loco sancto ejus ?

Innocens manibus et mundo corde, * qui non accepit in vano animam suam, nec juravit in dolo proximo suo.

Hic accipiet benedictionem a Domino : * et misericordiam a Deo salutari suo.

Haec est generatio quae-

réntium eum , * quæréntium
fáciem Dei Jacob.

Attóllite portas, príncipes,
vestras, et elevámini, portæ
æternáles : * et introíbit Rex
glóriæ.

¿Quis est iste Rex glóriæ? *
Dóminus fortis et potens :
Dóminus potens in prælio.

Attóllite portas, príncipes,
vestras, et elevámini, portæ
æternáles : * et introíbit Rex
glóriæ.

¿Quis est iste Rex glóriæ? *
Dóminus virtútum ipse est
Rex glóriæ.

Glória Patri... Sicut erat...

Ant. Non accepérunt
in vano ánimas suas, sed eas
tradidérunt pro testaménto
Dei: ídeò accipient benedic-
tiónem à Dómino.

¶ Hæc est generátio quær-
éntium Dóminum.

R. Quæréntium fáciem
Dei Jacob.

Pater noster...

¶ Et ne nos indúcas in
tentatióem :

R. Sed libera nos à malo.

ABSOLUTIO.

Ipsíus píetas et miséricór-
dia nos adjuvet, qui cum Pa-
tre et Spíritu Sancto vivit et

regnat in sæcula sæculórum.

R. Amen.

¶ Jube , Domne , bene-
dicere.

BENEDICTIO.

Deus Pater omnipotens
sit nobis propítius et cle-
mens.

R. Amen.

LECTIO IV.

Hemethérius et Celedónius
fratres Legionénses , Mar-
célli Centuriónis Mártiris
fílii , aliorúmque insígnium
Mártirum, qui diversis tem-
póribus et locis pro Christo
passi sunt , germáni frátres,
póstquam diu fortitérque sub
Románis vexíllis meruérunt,
mota in Christiános severís-
sima persecutióne , páribus
votis , constantíque ánimo
semet ínvicem adhortántes,
decrevérunt , relíctis Gentí-
lium castris , palàm Christi
míltiam profiteri , proque
tanto duce , ad mortem us-
que pugnàre. Ardóre itáque
fídei succénsi , dum álíi ve-
ræ fídei cultóres in tentatió-
ne deficiébant , illi ad mar-
tyrium properárunť , scién-
tes itá ánimam servári , dum
pérditur ; ságuinem sacrári

dum fúnditur ; et accép-
tis , non inflictis vulnéribus
Christiānam parári victó-
riam. Christum ígitur palām
proféssi , et inánium deò-
rum simulácra detestáti,
Deum verum líberè prædi-
cāre cœpérunt. Quare ad mí-
litum tribúnal rapti indè
grávibus caténis onústi , in
tenebricòsum fædúmque cár-
cerem protrahúntur , ubi
multis ærúmnis maceráti ,
cum multis ártibus, sive ver-
bòrum blandítiis, sive bene-
ficiòrum promíssis , sæpiús-
que repetítis supplíciis à
sancto propósito dimovéri
potuissent , váriis crucián-
tur tormentòrum genéribus,
quæ vel ipsum tyránnum
púduit publicári.

R. Pósi vos , ut ostén-
dam in vobis fortitúdinem
meam , et narrètur nomen
meum in univérsa terra :
Audíte, qui longe estis, quæ
fécerint , et cognóscite , vi-
cíní ; fortitúdinem meam.
V. Isti sunt , qui venérunt
ex magna tribulatióne , et
lavérunt stolas suas in sán-
guine Agni. Audíte...

V. Jube , Domnè , bene-
dicere.

BENEDICTIO.
Christus perpétuæ det nò-
bis gáudia vitæ.

R. Amen.

LECTIO.
Sévéro quippe Tyránnus
ipse prohibuit edicto gesta
sanctòrum viròrum , sive
quas passi sunt pœnas , sive
quæ patrárunt mirácula , in
apértum produci : sed quam-
vis Gentílium versútia glo-
riòsi agónis memóriam ten-
távit ábdere , christianòrum
nihilóminus píetas studúit
conservāre. Illud vero in
primis memorábile , quod
lata in eos cápitis senténtia,
ubi ad supplícií locum per-
vénérunt ántequam lictòris
ictum excíperent , suæ fidei
pígnora eò præmissérunt ,
quò mox ipsi erant perven-
túri : primus ánnulum , se-
cúndus orárium in altum
projecérunt , quæ lenis auræ
obséquio , splendescénte au-
ro , et candénte línteo , cunc-
tis intuéntibus , ad cœlos e-
vécta sunt. Vidit hæc ipse
cárnifex , qui manum repræs-
sit hærens , et stupens ; sed

demum ictum perégit , ne periret Mártýrum triúmpus. Secúri percússi juxta Civitátem Calagurritánam prope torréntem Arenális quinto nonas mártii, ibídem sepúlti sunt.

R. Pugnávimus pro animabus nostris et légibus nostris, * Et ipse Dóminus cónteret adversários ante faciém nostram. V. In mortem tradimur propter Jesum, ut et vita Jesu manifestétur in carne nostra mortáli. Et ipse Dóminus...

V. Jube, Domne, benedicere.

BENEDICTION.

Ignem sui amóris accéndat Deus in córdibus nostris.

R. Amen.

LECTIO VI.

Non multo post còrpora sanctòrum Mártýrum ad Ecclésiám Cathedrálém transláta fuére die trigésima prima Augústi; qua die tamquam Patróni hujus almæ Ecclesiæ, Civitátis et totiùs Diœcesis præcípua devotiòne colúntur. Eòrum pretiósæ reliquiæ, utpòte quamplúrimis à Deo illustratæ

signis, et prodígiis à priscis illis tempóribus fuérunt in máxima veneratiòne hábitæ non solum apud Hispános, sed étiam apud éxteras nationes, concurréntibus ad hunc locum, dignum tenéndis sacris óssibus visum Deo, innúmeris fidélibus, qui huc ventitábant, et de Sanctòrum patrocínio solliciti, et de gratiàrum impetratiòne secúri. Mérito itaque sub eòrum umbra gloriabúnda recubat ínclýta pervetústa urbs Calagurritána, antiquíssima Sede Episcopáli præfúlgens, et de duòrum sanctòrum fratrum possessiòne exúltans, et benedicens Dómino, qui contínua miraculòrum virtúte, et cœléstium beneficiòrum ingénti cópia ádeo magnificávit nómina ipsòrum, ut nedum fuérit sepúlcrum illòrum gloriòsum, sed étiam advérsus privátas, et públicas calamitátes potentíssimum refúgium; et in nostris diébus ita habéntur in laúdis, ut sit nobis valde gratum eos dúlcibus títulois invocàre, illos deprecári, et eòrum solemnitatibus in-

teresse, grátias ágéntes Deo, qui tales protectóres pópulo suo dedit.

R. Tamquam aurum in fornáce probáti Hemethérius, et Celedónius, et fideles usque ad mortem invénti, ubi ad supplicii locum pervéniunt, cœlo suæ fidei pignora præmittunt: primus ánnulum, secúndus orárium: * Quæ splendescénte auro, et candénte línteo, usque in astra cunctis vidéntibus subvehúntur. *Ps.* ¿ Quis Deus magnus sicut Deus noster? Tu es Deus, qui facis mirabília. Quæ splendescénte... Glória Patri... Quæ splendescénte...

IN III. NOCTURNO,

Ant. Adjûtor et protector noster est Dóminus, et in nómine sancto ejus sperávimus.

PSALMUS 32.
Exultáte, justí, in Dómino: * rectos decet collaudátio.

Confitémini Dómino in cithara; * in psaltério decem chordárum psállite ei.

Cantáte ei cánticum novum: * bene psállite ei in vociferatióne.

Quia rectum est verbum Dómini, * et ómnia ópera ejus in fide.

Díligit misericórdiam, et judícium: * misericórdia Dómini plena est terra.

Verbo Dómini cœli firmáti sunt: * et spíritu oris ejus omnis virtus eórum.

Cóngregans sicut in utre aquas maris: * ponens in thesáuris abyssos.

Tímeat Dóminum omnis terra: * ab eo autem commoveántur omnes inhabitantes orbem.

Quóniam ipse dixit, et facta sunt: * ipse mandávit, et creáta sunt.

Dóminus díspat consília Géntium: * réprobat autem cogitatiónes populórum, et réprobat consília príncipum.

Consílium autem Dómini in ætérnum manet: * cogitatiónes cordis ejus in generatióne et generatióne.

Beáta gens, cujus est Dóminus Deus ejus: * pópulus, quem elégit in hæreditátem sibi.

De cœlo respexit Dóminus : * vidit omnes filios hóminum.

De præparato habitáculo suo : * respexit super omnes, qui hábitant terram.

Qui finxit sigillatim corda eórum : * qui intélligit ómnia ópera eórum.

Non salvátur rex per multam virtutem : * et gigas non salvábitur in multitudine virtutis suæ.

Fallax équus ad salutem : * in abundantia autem virtutis suæ non salvábitur.

Ecce óculi Dómini super metuéntes eum : * et in eis, qui sperant super misericórdia ejus.

Ut éruat à morte ánimas eórum, * et alat eos in fame.

Ánima nostra sústinet Dóminum : * quóniam adjútor, et protéctor noster est.

Quia in eo lætábitur cor nostrum : * et in nómine sancto ejus sperávimus.

Fiat misericórdia tua, Dómine, super nos : * quemadmodum sperávimus in te.

Glória Patri. Sicut erat.

Ant. Adjútor et protéctor noster est Dóminus, et

in nómine sancto ejus sperávimus.

Ant. Multæ tribulatiónes beatórum fratrum, et de ómnibus his liberávit eos Dóminus.

PSALMUS 33
Benedicam Dóminum in ómni témpore : * semper laus ejus in ore meo.

In Dómino laudábitur ánima mea : * aúdiant mansuétí, et læténtur.

Magnificáte Dóminum mecum : * et exaltémus nomen ejus in idípsum.

Exquisivi Dóminum, et exaudívit me : * et ex ómnibus tribulatióibus meis erípuít me.

Accédite ad eum, et illuminámini : * et fácies vestræ non confundéntur.

Iste páuper clamávit, et Dóminus exaudívit eum : * et de ómnibus tribulatióibus ejus salvávit eum.

Immíttet Angelus Dómini in circúitu tíméntium eum : * et erípiet eum.

Gustáte et vidéte quóniam suávis est Dóminus : * beátus vir, qui sperat in eo.

Timéte Dóminum omnes

Sancti ejus : * quóniam non est inópia timéntibus eum.

Dívites egüerunt et esuriérunt : * inquirentes autem Dóminum non minuéntur omni bono.

Veníte, filii, audíte me : * timórem Dómini docébo vos.

¿ Quis est homo , qui vult vitam : * díligit dies vidére bonos ?

Próhibe língua tuam à malo : * et lábia tua ne loquántur dolum.

Divérte à malo , et fac bonum : * inquire pacem , et perséquare eam.

Oculi Dómini super justos : * et aures ejus in preces eórum.

Vultus autem Dómini super faciéntes mala : * ut perdat de terra memóriam eórum.

Clamavérunt justí, et Dóminus exaudivit eos : * et ex ómnibus tribulatióibus eórum liberávit eos.

Juxtà est Dóminus iis, qui tribuláto sunt corde : * et húmiles spíritu salvábit.

Multæ tribulatióes justórum : * et de ómnibus his liberábit eos Dóminus.

Custòdit Dóminus ómnia ossa eórum : * unum ex his non conterétur.

Mors peccatórum péssima : * et qui odérunt justum , delínquent.

Rédimet Dóminus ánimas servórum suórum : * et non delínquent omnes , qui sperant in eo.

Glória Patri... Sicut erat...

Ant. Multæ tribulatiónes beatórum fratrum , et de ómnibus his liberávit eos Dóminus.

Ant. Deus adjûtor noster in tribulatióibus , quæ invenérunt nos nimis.

PSALMUS 45.
Deus noster refúgium , et virtus : * adjûtor in tribulatióibus , quæ invenérunt nos nimis.

Propterea non timébimus , dum turbábitur terra : * et transferéntur montes in cor maris.

Sonuérunt , et turbatæ sunt aquæ eórum : * conturbáti sunt montes in fortitúdine ejus.

Flúminis ímpetus lætíficat civitátem Dei : * sancti-

ficavit tabernaculum suum
Altissimus.

Deus in medio ejus, non
commovébitur : * adjuvabit
eam Deus manè dilúculo.

Conturbatæ sunt gentes,
et inclinata sunt regna : *
dedit vocem suam, mota est
terra.

Dóminus virtutum nobis-
cum : * suscepitor noster Deus
Jacob.

Venite, et videte ópera
Dómini, quæ posuit prodí-
gia super terram : * aúfe-
rens bella usque ad finem
terræ.

Arcum cónteret, et con-
frínget arma : * et scuta
combúret igni.

Vacate, et videte quó-
niam ego sum Deus : * exal-
tabor in géntibus, et exal-
tabor in terra.

Dóminus virtutum nobis-
cum : * suscepitor noster Deus
Jacob.

Glória Patri... Sicut erat...

Ant. Deus adjutor nos-
ter in tribulatióibus, quæ
invenérunt nos nimis.

ψ. Mirábilis, Deus, in
sanctis suis.

℞. Ipse dabit virtutem et

fortitudinem plebi suæ.

Pater noster...

ψ. Et ne nos indúcas in
tentatióem :

℞. Sed libera nos à malo.

ABSOLUTIO.

* A vînculis peccatôrum
nostrôrum absolvat nos om-
nípotens et miséricors Dó-
minus. ℞. Amen.

ψ. Jube, Domne, bene-
dicere.

BENEDICTIO.

Evangélica lécio sit no-
bis salus, et protéctio.

℞. Amen.

Lécio sancti Evangélii
secundùm Lucam.

LECTIO VII.

Cap. 12.

In illo témpore : Dixit Je-
sus discipulis suis : Dico vo-
bis amícis meis : ne terreá-
mini ab his, qui occidunt
corpus, et post hæc non ha-
bent ámplius quid fácient.
Ostendam autem vobis, quem
timeátis. Et reliqua.

Homília sancti Cypriáni
Epíscopi et Mátyris.

(*Epist. 56. ad Tibarit.*)

Grassatur, et sævit inimí-

cus; sed et statim séquitur Dóminus, passiónes nostras et vúlnera vindicatûrus. Iráscitur adversárius et minâtur; sed est qui possit de ejus má-nibus liberâre. Ille metuén-dus est, cujus iram nemo pó-terit evádere, ipso præmo-nénte, et docénte: Ne timue-rítis eos, qui occídunt cor-pus, ánimam autem non pos-sunt occídere. Magis autem metúite eum, qui potest et corpus et ánimam occídere in gehénnam. Ad agónem sæculârem exercéntur hómi-nes, et parántur, et mag-nâm glóriam cómputant ho-nôris sui, si illis, spectánte pópulo, et Imperatôre præ-sénte contígierit coronári. Ecce agon sublîmis, et mag-nus, et coronæ cœléstis præ-mio gloriôsus, ut spectet nos certántes Deus, et super eos, quos filios fácere dignátus est, óculos suos pandens, certáminis nostri spectáculo perfruâtur. Præliántes nos, et fidei congressiône pug-nántes spectat Deus, spec-tant Ángeli ejus, spectat et Christus. ¡ Quánta est glóriæ dígnitas, et quánta felicitas,

præsénte Deo, cóngredi, et Christo júdice, coronári!

R. Congregámini, et au-díte, filii Jacob: timéte Deum, et servíte ei in veritâte, et ex toto corde vestro: vidís-tis enim magnífica, quæ in vobis gesserit: * Nolíte pa-vêre, pro salûte enim vestra misit nos Deus ante vos.

Ψ. Quærite pacem Civitátis, ad quam transmigrâre vos fecit, et orâte pro ea: ¿quæ est enim nostra spes, aut coronâ glóriæ? ¿nonne vos ante Dóminum? Nolíte...

Ψ. Jube, Domne, bene-dícere.

BENEDICTIO.

Quòrum festum cólimus, ipsi intercédant pro nobis ad Dóminum.

R. Amen.

LECTIO VIII.

Armémur, fratres dilectís-simi, víribus totis, et parémur ad agónem mente in-corrúptâ, fide íntegrâ, vir-tûte devótâ. Arméntur ínte-gri, ne perdat ínteger, quod nuper stetit: arméntur et lapsi, ut et lapsus recipiat quod amísit. Integros ho-nor, lapsos dolor ad præ-

lium provocet. Armari et preparari nos beatus Paulus Apostolus docet dicens: Non est nobis colluctatio adversus carnem, et sanguinem, sed adversus potestates et principes hujus mundi, et harum tenebrarum, adversus spiritus nequitiæ in cœlestibus. Propter quod induite vos arma Dei, ut possitis resistere in die nequissimo. Accipiamus quoque ad tegumentum capitis galeam salutarem, ut muniantur aures, ne audiant edicta feralia: muniantur oculi, ne videant detestanda simulacra: muniatur frons, ut signum Dei incolu-
 me servetur: muniatur os, ut Dominum suum Christum victrix lingua fateatur. Armemus et dextram gladio spiritali, ut sacrificia funesta fortiter respuat, ut Eucharistiæ memor, quæ Domini corpus accipit, ipsum complectatur, postmodum à Domino sumptura præmium cœlestium coronarum.

R. Hæc est vera fraternitas, quæ numquam potuit

violari certamine, qui effuso sanguine secuti sunt Dominum. * Contemnentes aulam regiam, pervenerunt ad regna cœlestia. V. Ecce quam bonum, et quam jucundum habitare fratres in unum. Contemnentes... Glòria Patri... Contemnentes... V. Jube, Domne, benedicere.

BENEDICTIO.

Ad societatem civium supernorum perducatur nos Rex Angelorum.

R. Amen.

LECTIO IX.

O dies ille qualis et quantus adveniet, fratres dilectissimi, cum cœperit populum suum Dominus recensere, et divinæ cognitionis examine singulorum merita recognoscere, mittere in gehennam nocentes et persecutores nostros flammæ pœnalis perpetuo ardore dampnare, nobis vero mercèdem fidei et devotionis exsolvere! Hæc, fratres dilectissimi, hæreant cordibus nostris: hæc sit armorum nostrorum præparatio. Hæc diurna, ac nocturna medi-

tatio, ante oculos habere, et cogitatione semper ac sensibus volvere iniquorum supplicia, et præmia ac mérita justorum: quid negantibus Dóminus comminétur ad pœnam, quid contrà confitentibus promittat ad glóriam. Si hæc cogitantibus ac meditantibus nobis supervenerit persécutionis dies, miles Christi præceptis ejus et mōnitis eruditus non expavescit ad pugnam, sed paratus est ad corónam.

HYMNUS SS. AMBROSII,
ET AUGUSTINI.

Te Deum laudamus: * te Dóminum confitemur.

Te ætérnum Patrem * omnis terra venerâtur.

Tibi omnes Angeli, * tibi Cœli, et univérse Potestates:

Tibi Chérubim et Séraphim * incessábili voce proclamant:

Sanctus, Sanctus, Sanctus, * Dóminus Deus Sábaoth:

Pleni sunt cœli et terra * majestátis glóriæ tuæ.

Te gloriósus * Apostolorum chorus,

Te Prophetarum * laudábilis númerus,

Te Mártýrum candidátus * laudat exércitus;

Te per orbem terrarum * sancta confitétur Ecclésia,

Patrem * imménsæ majestátis;

Venerándum tuum verum * et únicum Fílium,

Sanctum quoquæ * Paráclitum Spíritum.

Tu Rex glóriæ, * Christe:

Tu Patris * sempitérnus es Fílius:

Tu ad liberándum suscep-tûrus hóminem, * non horruísti Vírginis úterum.

Tu, devícto mortis acúleo, * aperuísti credéntibus regna cœlòrum.

Tu ad dexteram Dei sedes * in glória Patris.

Judex créderis * esse ventûrus.

Te ergo, quæsumus, tuis fámulis súbveni, * quos pretiósó ságuine redemísti.

Ætérnâ fac cum Sanctis tuis * in glória numerári.

Salvum fac pópulum tuum,

Dómine, * et bédedic hæ-
reditati tuæ ;

Et rege eos, * et extólle
illos usque in ætérnum.

Per singulos dies * bene-
dicimus te ,

* Et laudâmus nomen tuum
in sæculum, * et in sæculum
sæculi.

Dignâre, Dómine, die is-
to * sinè peccato nos custo-
dire.

Miserêre nostrî , Dómi-
ne ; * miserêre nostrî.

Fiat misericórdia tua, Dó-
mine, super nos, * quemád-
modum sperâvimus in te.

In te, Dómine, sperâvi ; *
non confúndar in ætérnum.

AD LAUDES.

✠ **D**eus, in adjutórium
meum inténde :

R. Dómine, ad adjuvân-
dum me festína.

Glória Patri, et Fílio...
Allelúia.

Ant. Mirábiles elatiónes
maris, cujus potestati domi-
nántur Hemethérius et Ce-
ledónius ; motúmque flúc-
tuum ejus in procéllis míti-
gant.

PSALMUS 92.
Dóminus regnâvit ; decô-
rem indûtus est : * indûus
est Dóminus fortitúdinem,
et præcínxit se.

Etenim firmâvit orbem
terræ, * qui non commové-
bitur.

Parâta sedes tua ex tunc : *
à sæculo tu es.

Elevavérunt flúmina, Dó-
mine, * elevavérunt flúmi-
na vocem suam.

Elevavérunt flúmina fluc-
tus suos, * à vóciibus aquâ-
rum multârum.

Mirábiles elatiónes ma-
ris : * mirábilis in altis Dó-
minus.

Testimónia tua credibília
facta sunt nimis : * domum
tuam decet sanctitúdo, Dó-
mine, in longitudinem diê-
rum.

Glória Patri... Sicut erat...

Ant. Mirábiles elatiónes
maris, cujus potestati domi-
nántur Hemethérius et Ce-
ledónius ; motúmque flúc-
tuum ejus in procéllis míti-
gant.

Ant. Tradéntes cörpera
sua in mortem, ne servírent
idólis, introiérunt portas

Dómini in confessiōe: átria
ejus in hymnis confitētes
illi.

PSALMUS 99.

Jubiláte Deo, omnis ter-
ra: * servíte Dómino in læ-
títia.

Introíte in conspéctu ejus,*
in exultatiōe.

Scitôte quóniam Dómi-
nus ipse est Deus: * ipse fe-
cit nos, et non ipsi nos:

Pópulus ejus, et oves pás-
cuæ ejus: * introíte portas
ejus in confessiōe, átria
ejus in hymnis: confitémini
illi.

Laudáte nomen ejus, quó-
niam suávis est Dóminus; in
æternum misericórdia ejus: *
et usque in generatiōem et
generatiōem véritas ejus.

Glória Patri... Sicut erat...

Ant. Tradéntes cōrpora
sua in mortem, ne servírent
idólis, introiérunt portas Dó-
mini in confessiōe: átria
ejus in hymnis confitētes
illi.

Ant. Adhæsit ánima nos-
tra post te, Deus noster,
quia in tribulatiōe plúrima,
in angústia, in gládio nos
suscepit dextera tua.

PSALMUS 62.

Deus, Deus meus, * ad te
de luce vígilo.

Sitívit in te ánima mea: *
;quàm multiplíciter tibi ca-
ro mea!

In terrâ desérta, et ínvia,
et inaquósa: * sic in sancto
appáruí tibi, ut vidérem vir-
tutem tuam, et glóriam tuam.

Quóniam mélior est mise-
ricórdia tua super vitas: *
lábia mea laudábunt te.

Sic benedicam te in vita
mea; * et in nómine tuo le-
vábó manus meas.

Sicut ádipe et pingüedine
repleátur ánima mea; * et
lábiiis exultatiōis laudábit
os meum.

Si memor fui tuí super
stratum meum, in matutinis
meditâbor in te; * quia fuís-
ti adjûtor meus.

Et in velaménto alârum
tuârum exultábo; adhæsit
ánima mea post te: * me
suscepit dextera tua.

Ipsi verò in vanum quæ-
siérunt ánimam meam; in-
troíbunt in inferiōra terræ: *
tradéntur in manus gládii,
partes vûlpium erunt.

Rex verò lætábitur in

Deo ; laudabúntur omnes
qui jurant in eo ; * quia obs-
trúctum est os loquéntium
iniqua.

*Hic non dicitur Glória
Patri...*

PSALMUS 66.
Deus misereatur nostrí, et
benedicat nobis : * illúminet
vultum suum super nos , et
misereatur nostrí.

* Ut cognoscámus in terra
viam tuam , * in ómnibus
géntibus salutare tuum.

Confiteántur tibi pópuli,
Deus : * confiteántur tibi pó-
puli omnes.

Laténtur et exúltent gen-
tes ; * quóniam júdicas pó-
pulos in æquitáte , et gentes
in terra dirígis.

Confiteántur tibi pópuli,
Deus ; confiteántur tibi pó-
puli omnes : * terra dedit
fructum suum.

Benedícat nos Deus, Deus
noster, benedícat nos Deus ; *
et métuant omnes fines terræ.

Glória Patri. Sicut erat...

Ant. Adhæsit ánima nos-
tra post te , Deus noster ,
quia in tribulatióne plúrima,
in angústia , in gládio nos
suscepit dextera tua.

Ant. Benedícat terra nos-
tra Dóminum , et qui hábi-
tant in ea , quia Deus in ser-
vis suis mirabilia fecit.

CANTICUM TRIUM PUERORUM.
Dan. 3.

Benedícite , ómnia ópera
Dómini , Dómino : * laudá-
te et superexaltáte eum in
sæcula.

Benedícite , Ángeli Dó-
mini , Dómino : * benedíci-
te , cœli , Dómino.

Benedícite , aquæ omnes
quæ super cœlos sunt , Dó-
mino : * benedícite , omnes
virtútes Dómini , Dómino.

Benedícite , sol et luna,
Dómino : * benedícite , stellæ
cœli , Dómino.

Benedícite , omnis imber
et ros , Dómino : * benedíci-
te , omnes spíritus Dei , Dó-
mino.

Benedícite , ignis et æstus,
Dómino : * benedícite , fri-
gus et æstus , Dómino.

Benedícite , rores et pruî-
na , Dómino : * benedícite ,
gelu et frigus , Dómino.

Benedícite , glácies et ni-
ves , Dómino : * benedícite ,
noctes et dies , Dómino.

Benedícite, lux et tenebræ, Dómino: * benedícite, fúlgura et nubes, Dómino.

Benedícat terra Dómini: * laudet et superexáltet eum in sæcula.

Benedícite, montes et colles, Dómino: * benedícite, univérſa germinántia in terra, Dómino.

Benedícite, fontes, Dómino: * benedícite, mária et flúmina, Dómino.

Benedícite, cete et ómnia quæ móvéntur in aqúis, Dómino: * benedícite, omnes vólucres cœli, Dómino.

Benedícite, omnes béſtiæ et pécora, Dómino: * benedícite, filii hóminum, Dómino.

Benedícat Israel Dóminus: * laudet et superexáltet eum in sæcula.

Benedícite, sacerdótes Dómini, Dómino: * benedícite, ſervi Dómini, Dómino.

Benedícite, ſpíritus et ánimæ juſtòrum, Dómino: * benedícite, ſancti et húmiles cordes, Dómino.

Benedícite, Ananía, Azaría, Míſael, Dómino: * laudáte et superexáltáte eum in sæcula.

Benedicámus Patrem et Fílium cum Sancto Spíritu: * laudémus et superexáltémus eum in sæcula.

Benedíctus es, Dóminé, in firmaménto cœli; * et laudábilis, et glorióſus, et superexáltátus in sæcula.

Hic non dicitur Glória Patri... neque Amen.

Ant: Benedícat terra nostra Dóminus, et qui habitant in ea, quia Deus in ſervis ſuis mirabília fecit.

Ant: Beneplácitum fuit Dómino in ſanctis frátribus, qui exúltant in glória: respéxit enim ad eos Dóminus, et ad múnera ſua.

PSALMUS 148. * Laudáte Dóminus de cœlis: * laudáte eum in excélsis.

Laudáte eum, omnes Ángeli ejus: * laudáte eum, omnes virtútes ejus.

Laudáte eum, ſol et luna: * laudáte eum, omnes ſtellæ et lumen.

Laudáte eum, cœli cœlòrum: * et aquæ omnes quæ ſuper cœlos ſunt, laudent nomen Dómini.

Quia ipse dixit , et facta sunt : * ipse mandâvit , et creâta sunt.

Stâtuit ea in ætérnum , et in sæculum sæculi : * præceptum pòsuit , et non præteribit.

Laudâte Dóminum de terra , * dracones , et omnes abyssi :

Ignis , grando , nix , glaciës , spíritus procellarum ; * quæ faciunt verbum ejus :

Montes , et omnes colles ; * ligna fructífera , et omnes cedri :

Béstiaë et univérsa pécora ; * serpéntes , et vólucres pennatæ.

Reges terræ , et omnes pópuli : * príncipes , et omnes júdicës terræ :

Júvenes et vírgines , senes cum junióribus laudent nomen Dómini : * quia exaltátum est nomen ejus solíus.

Conféssio ejus super cœlum et terram : * et exaltávit cornu pópuli sui.

Hymnus ómnibus sanctis ejus ; * filiis Israel , pópulo appropinquánti sibi.

Hic non dicitur Glória Patri...

PSALMUS 149.
Cantâte Dómino canticum novum : * laus ejus in ecclésia sanctórum.

Lætétur Israel in eo , qui fecit eum ; * et filii Sion exúltent in rege suo.

Laudent nomen ejus in choro : * in tympano et psalterio psallant ei.

Quia beneplácitum est Dómino in pópulo suo ; * et exaltábit mansuétos in salútem.

Exultábunt sancti in glória : * lætabúntur in cubilibus suis.

Exaltatiónes Dei in gútture eórum ; * et gládii ancípites in máribus eórum :

Ad faciéndam vindíctam in natióibus ; * increpatiónes in pópulis :

Ad alligándos reges eórum in compédibus , * et nóbiles eórum in mánicis férreis :

Ut faciánt in eis júdicium conscríptum : * glória hæc est ómnibus sanctis ejus.

Hic non dicitur Glória Patri...

PSALMUS 150.
Laudâte Dóminum in sanc-

tis ejus: * laudâte eum in
firmaménto virtûtis ejus.

Laudâte eum in virtûti-
bus ejus: * laudâte eum se-
cúndum multitudínem mag-
nitúdinis ejus.

Laudâte eum in sono tu-
bæ: * laudâte eum in psal-
terio et cithara.

Laudâte eum in tympano
et choro: * laudâte eum in
chordis et órgano.

Laudâte eum in cymbalis
benesonántibus; laudâte eum
in cymbalis jubilationis. *
Omnis spíritus laudet Dó-
minum.

Glória Patri... Sicut erat...

Ant. Beneplácitum fuit
Dómino in sanctis frátribus,
qui exúltant in glória: respé-
xit enim ad eos Dóminus, et
ad múnera sua.

CAPITULUM.

Eph. 6.

Fratres: Confortámini in
Dómino, et in poténtia vir-
tûtis ejus: indúite vos ar-
matûram Dei, ut possitis
stare advérsus insídias diá-
boli.

HYMNUS.

Illa laus occúlta non est,

Nec senéscit témpore,
Missa quod sursùm per
auras

Evolárunt múnera,
Quæ viam patère cœli
Præmicándo osténderent.

Illius fidem figúrans,
Nube fertur ánnulus:
Hic sui dat pignus oris,
Ut ferunt orárium,
Quæ supérno rapta flatu
Lucis intrant íntimum.

Per Poli liqüéntis axem
Fulgor auri absconditur,
Ac diu visum sequácem
Téxtilis candor fugit:
Subvehúntur usque in as-
tra

Nec vidéntur ámpliùs.
Vidit hoc convéntus adstans,
Ipse vidit cárnifex,
Et manum représsit hæ-
rens,

Ac stupóre oppáluit;
Sed tamen perégit ictum
Ne períret glória.

Hoc bonum Salvátor ipse,
Quo fruámur, præstitit,
Mártyrum cum membra
nostro

Consecrávit óppido,
Sóspitent quæ nunc Coló-
nos,

Quos Ibérus álluit.

Sempiterna sit beata
Trinitati gloria,
Æqua Patri, Filioque,
Par decus Paráclito:
Unius Trinique nomen
Laudet universitas.

Amen.

℣. Rēspice de cœlo, Dō-
mine, et vīsita vīneam istam.

℞. Et pērfice eam, quam
plantāvit dēxtera tua.

AD BENEDICTUS,

Ant. Erēxit nobis Dōmi-
nus salūtem, et visitāvit ple-
bem suam per beātos Már-
tyres Hemethérium et Cele-
dónium, quōrum patrocí-
nium statūerat datūrum se
nobis, ut sine timōre, et de
manu inimicōrum nostrōrum
liberāti serviāmus illi.

CANTICUM ZACHARIÆ.

Luc. 2.

Benedictus Dōminus Deus
Israel; * quia visitāvit, et
fecit redemptiōnem plebis
sue.

Et erēxit cornu salūtis
nobis, * in domo David pūe-
ri sui.

Sicut locūtus est per os
sanctorum, * qui à sæculo
sunt, Prophetarum ejus.

Salūtem ex inimicis nos-
tris, * et de manu omnium
qui odērunt nos.

Ad faciendam misericór-
diam cum patribus nostris, *
et memorári testamēti sui
sancti;

Jusjurandum quod jurā-
vit ad Abraham patrem nos-
trum, * datūrum se nobis:

Ut sine timōre de manu
inimicōrum nostrōrum libe-
rāti, * serviāmus illi,

In sanctitāte et justitia co-
ram ipso, * omnibus diēbus
nostris.

Et tu, puer, Prophēta Al-
tissimi vocāveris: * præbis
enim ante faciē Dōmini
parāre vias ejus;

Ad dandam sciētiā sa-
lūtis plebi ejus, * in remis-
siōnem peccatōrum eōrum;

Per viscera misericórdiæ
Dei nostri, * in quibus visi-
tāvit nos Oriens ex alto;

Illumināre his qui in té-
nebris et in umbra mortis se-
dent, * ad dirigēdos pedes
nostros in viam pacis.

Glória Patri. Sicut erat.

Ant. Erēxit nobis Dōmi-
nus salūtem, et visitāvit ple-
bem suam per beātos Már-

tyres Hemethérium et Celedónium , quòrum patrocínium statúerat datùrum se nobis , ut sine timòre , et de manu inimicòrum nostròrum liberáti , serviámus illi.

ψ. Dóminus vobiscum.

℞. Et cum spíritu tuo.

ORATIO.

Deus , qui nos pretiòsis beatòrum Mártyrum tuòrum Hemethérii et Celedónii corpóribus mirábiliter decoráre voluísti : concède propítius , ut quòrum patrocínio lætámur in terris , eòrum consórtio frui mereámur in cœlis : Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum , qui tecum vivit et regnat , in unitáte Spíritus Sancti , Deus per ómnia sæcula sæculòrum.

℞. Amen.

ψ. Dóminus vobiscum.

℞. Et cum spíritu tuo.

ψ. Benedicámus Dómino.

℞. Deo grátias.

ψ. Fidélium animæ per misericórdiam Dei requiescant in pace.

℞. Amen.

AD TERTIAM,

Ant. Tradéntes... *Capitulum* Frátres : Confortámini... *ut ad Laudes.*

℞. *brev.* Præcinxísti nos , Dómine , * Virtùte ad bellum. Præcinxísti... ψ. Et odiéntes nos disperdidísti. Virtùte... Glória Patri... Præcinxísti...

ψ. Hæc est generátio quæréntium Dóminum.

℞. Quæréntium faciém Dei Jacob.

AD SEXTAM,

Ant. Adhæsit...

CAPITULUM.

1. Mach. 2.

Nunc ergo , ò filii , æmulatóres estòte legis , et date ánimas vestras pro testaménto patrum vestròrum Et mementòte óperum patrum , quæ fecerunt in generatiónibus suis , et accipiétis glóriam magnam et nomen ætérnum.

℞. *brev.* Hæc est generátio * Quæréntium Dóminum. Hæc est... ψ. Quæréntium faciém Dei Jacob. Quæréntium... Glória Patri... Hæc est...

Y. Mirábilis Deus in sanctis suis.

R. Ipse dabit virtutem et fortitudinem plebi suæ.

AD NONAM,

Ant. Beneplácitum...

CAPITULUM.

Tob. 13.

Aspícite, quæ fecit nobiscum Dóminus, et cum timóre et tremóre confitémini illi, Regémque sæculórum exaltáte in opéribus vestris.

R. *brev.* Mirábilis Deus * In sanctis suis. Mirábilis...

Y. Ipse dabit virtutem et fortitudinem plebi suæ. In sanctis... Glória Patri... Mirábilis...

Y. Réspice de cælo, Dómine, et vísita vineam istam.

R. Et pérfice eam, quam plantávit dextera tua.

IN II. VESPERIS,

Ant. Hemethérius... cum reliquis de primis Vesperis.

Psalmus Dixit Dóminus... cum reliquis de Dominica, et loco ultimi Psalmi

PSALMUS 115.

Crédidi, propter quod locutus sum: * ego autem humiliatus sum nimis.

Ego dixi in excéssu meo: * Omnis homo mendax.

¿ Quid retríbuam Dómino, * pro ómnibus, quæ retríbuit mihi?

Cálicem salutáris accípiam: * et nomen Dómini invocábo.

Vota mea Dómino reddam coram omni pópulo ejus: * pretiósam in conspéctu Dómini mors sanctórum ejus.

O Dómine, quia ego servus tuus: * ego servus tuus, et fílius ancillæ tuæ.

Dirupísti víncula mea: * tibi sacrificábo hóstiám laudis, et nomen Dómini invocábo.

Vota mea Dómino reddam in conspéctu omnis pópuli ejus: * in átriis domus Dómini, in médio tui, Jerúsalem.

Glória Patri... Sicut erat...

Capitulum Fratres: Confortámini... *Hymnus* Scripta sunt cælo... ut in primis Vesperis.

Y. Réspice de cælo, Dó-

AD PRIMAM.

Antiphona. Mirabiles elationes maris, ejus potestati dominantur Hemetherius et Celedonius; motumque fluctuum ejus in procellis mitigant.

Lectio brevis.

(Tob. 13.)

Aspicite, quae fecit nobiscum Dominus, et cum timore et tremore confitemini illi, Regemque saeculorum exaltate in operibus vestris. Tu autem.

AD TERTIAM.

Antiphona. Tradentes corpora sua in mortem, ne servirent idolis, introierunt portas Domini in confessione: atria ejus in hymnis confitentes illi.

Capitulum.

(Eph. 6.)

Fratres: Confortamini in Domino, et in potentia virtutis ejus: induite vos armaturam fidei, ut possitis stare adversus insidias diaboli.

AD SEXTAM.

Antiphona. Adhaesit anima nostra post te, Deus noster, quia in tribulatione plurima, in angustia, in gladio nos suscepit dextera tua.

AD NONAM.

Antiphona. Beneplacitum fuit Domino in sanctis fratribus, qui exsultant in gloria: respexit enim ad eos Dominus, et ad munera sua.

mine, et visita vineam istam.

R. Et perfice eam, quam
plantavit dextera tua.

AD MAGNIFICAT,

Ant. Ecce duæ olivæ,
et duo candelabra lucéntia
ante Dóminum. ¡O Mártý-
res beatíssimi, estóte nobis
in protectóres et in domum
refúgii!

ORATIO.

Deus, qui nos pretiósus
beatórum Mártýrum tuó-
rum Hemethérii et Celedó-
nii corpóribus mirábiliter
decoráre voluísti: concéde
propítius, ut quórum patro-
cínio lætámur in terris, eó-
rum consórtio frui mereá-
mur in cælis: Per Dóminum
nostrum...

DUPLIX.

IN I. NOCTURNO.

Lectioes de Scriptura ecclesiastica.

sacri ubique sint, et omni-
bus prosint, specularet illi
tamen pro nobis interveniant,
qui et supplicia pertulerunt
pro nobis. Mártýr enim cum
pátritur, non sibi tantum pá-
titur, sed et civibus. Sibi
enim pátritur ad premium,
civibus ad exemplum: sibi
pátritur ad repóstem, civibus
ad salutem. Exemplo enim
cópium didicimus Christo cón-
dere, didicimus cónmelligi
vitam æternam ducere mor-

IN II. NOCTURNO.

Sermo S. Ambrosii Episcopi.

Sermo 77.

Facto 14.

Cum dominum sanctórum
Mártýrum, fratres, devo-
tissime patrem celebráre
debeamus, tunc precipue eó-
rum solémnitates eorú nobis
veneratiónem curanda est, qui
in nostris domiciliis pro-
prium sanguinem profúde-
rent. Nam licet universi

DIE VII. SEPTEMBRIS.

OCTAVA

SS. HEMETHERII ET CELEDONII

MARTYRUM

HUJUS DIOECESIS PATRONORUM.

DUPLEX.

Omnia ut in die festo præter ea, quæ hic apponuntur propria.

IN I. NOCTURNO.

Lectiones de Scriptura occurrente.

IN II. NOCTURNO,

Sermo S. Ambrósii Episcopi.

Serm. 77.

LECTIO IV.

Cum ómnium Sanctórum Mátyrum, fratres, devotíssimè natàlem celebràre debeàmus, tùm precipuè eòrum solémnitas tota nobis veneratiòne curànda est, qui in nostris domiciliis proprium sànguinem profuderunt. Nam licet univèrsi

sancti ubique sint, et ómnibus prosint, speciàliter illi tamen pro nobis intervéniant, qui et supplícia pertulère pro nobis. Martyr enim cum pátitur, non sibi tantum pátitur, sed et cívibus. Sibi enim pátitur ad præmium, cívibus ad exéplum: sibi pátitur ad réquiem, cívibus ad salùtem. Exémplo enim eòrum didícimus Christo crédere, didícimus contuméliis vitam ætérnam quærere, mor-

tem didicimus non timere. Videte ergo quid Martyribus debeamus, in quo alter tortus est, ut alius salvaretur; alter carnificem pertulit, ut Christum alter agnosceret; alter morti addictus est, ut alius vita potiretur æterna; et ad postrimum Sanctus occisus est, ut peccator evaderet.

R. Pósui vos...

LECTIO V.

Beati igitur Martyres, nec sibi vixerunt, nec sibi sunt mortui: exemplum enim nobis reliquerunt bene vivendo, conversationis; tolerando fortiter, passionis. Nam ideo Dominus per totum mundum diversis in locis pati Martyres voluit, ut tanquam idonei testes nos præsentí quodam fidei exemplo suæ confessionis urgerent, ut humana fragilitas, quæ prædicationis Dominicæ aditu longiore vix credit, vel præsentí oculorum testimonio martyrio crederet beatorum. Cuncti igitur Martyres devotissime percolendi sunt; sed specialiter ii venerandi

sunt à nobis, quorum Reliquias possidemus. Illi enim nos orationibus adjuvant, isti etiam adjuvant passione. Cum his autem nobis familiaritas est: semper enim nobiscum sunt, nobiscum morantur; hoc est, et in corpore nos viventes custodiunt, et de corpore recedentes excipiunt.

R. Pugnabimus...

LECTIO VI.

Cum Sanctis ergo Martyribus quiescentes evadimus inferi ténebras eorum propriis méritis, attamen consocii sanctitate. Martyres enim inférni porta non possidet, quoniam eos Paradísi regna suscipiunt. Nam videmus eos utique jam regnare: cernimus enim ab his frequenter obsessos inmundissimis dæmonibus homines liberari, ita ut cœlesti medicína et captíva ánima de diaboli láqueis eruatur, et ipse diabolus vinculis igneis alligatus producatur de sua captivitate captivus, ut qui prædam paulo ante céperat, ipse subdatur in prædam. Hæc

et alia potiùs mirabilia per sanctos fieri omnibus notum est; et ideo, fratres, veneremur eos in hoc sæculo, quos defensores habere possumus in futuro.

R. Tanquam aurum...

IN III. NOCTURNO.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

LECTIO VII.

Cap. 12.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Dico vobis amicis meis: ne terreamini ab his, qui occidunt corpus, et post hæc non habent amplius quid faciant. Ostendam autem vobis, quem timeatis. Et reliqua.

Homilia S. Petri Chrysologi.

Serm. 101.

Audistis, fratres, quemadmodum milites suos Christus régia exhortatione compellat ut despectu mortis interfectores corporis non pavescant. Denique eos in amicorum jura transcribit, qui studio triumphi, qui amore

libertatis sanguinem cum gaudio, et sine trepidatione fuderint. Sic enim ait: Vobis autem dico amicis meis: ne terreamini ab his, qui occidunt corpus, et post hæc non habent amplius quid faciant. Ostendam autem vobis quem timeatis: timete eum, qui, postquam occiderit, habet potestatem mittere in gehennam. Vobis autem dico amicis meis; ne terreamini, quia libertatem probat virtus, metus indicat servitutem: nam liber ad gloriam, servus natus est ad timorem. Merito ergo ad Dei amicitias sublimatur, qui propter Deum humanas despicit mortes, nescit timores.

R. Congregamini.

LECTIO VIII.

Si amicos morum facit imitatio, morum similitudo conjungit, convenienter eos ad amicos vocat Christus, quos imitatione sua mundi jacula et ipsam mortis formidinem conspicit, et prævidet calcituros. Vobis autem dico, id est, non omnibus, sed amicis. Vobis autem dico, quos

mors absolvit ista, non finit. Vobis dico, quos corporis resolutio promovet ad melius, non transducit ad penam. Vobis dico, quibus morte vita inchoatur, non finitur. Vobis dico, quorum mors pretiosa fit, non sui qualitate, sed causa, dum vitæ magis lucra invenit, quam vitæ perdat usuram.

R. Hæc est vera...

LECTIO. LIX.
Homo! quando te Auctor tuus fecit ex pulvere, non vidisti: nam si te vidisses factum, numquam te moriturum sic deflevisses: vidisti te perfectum, vidisti te ventem, vidisti te decorum: Auctori tuo te similem jam vidisti: unde esses, qualis

esses, quia nec nascentem, nec morientem videras, nesciebas. Hinc est, quod naturæ dedisti totum, tibi te, Deo nihil. Propterea Deus per naturam redégit te, permisit ex nihilo in pulverem revocari, ut quid fueris sic videas, et resurrecturus agas grátias, qui factus, qui creatus, ingrátissimus extitisti.

Non timeamus ergo, fratres, sicut dixit Dominus, eos, qui occidunt corpus, quia istam vitam non perimunt, sed destruunt, dum de temporali faciunt sempiternam. Quid plura, fratres? permisit tunc mori, qui poterat suscitare, qui vivificare sufficit, permisit occidi, cui est honor et glória in sæcula sæculorum.

Amen. Te Deum laudamus...

Julius M. Carb. Episc. Turenson. de Romanis Pontificibus generis S. R. C. Praefectus.


J. A. Sola S. R. C. Secr. Cond.


CALAGURRITANA.


S*uprascriptas Lectiones II. Nocturni, Hymnos, et Orationem propr. ab Emo. et Rmo. D. Card. Julio Maria de Somalia Urbis Vicario, Sac. Rit. Congregat. Præfecto, et R. P. D. Andrea Cavalli Promotore fidei, necnon R. D. Aloysio Gardellini Sac. ejusdem Congregationis Assessore, meque infrascripto Secretario revisas, supplicantibus Rmo. Episcopo, et Capitulo Cathedralis Ecclesiæ Calagurritanæ, sanctissimus Dominus noster Pius VII. Pont. Max. ad mei infrascripti Sac. Rit. Congregationis Secretarii relationem approbavit, easve addendas in Officio proprio Sanctorum Martyrum Hemetherii, et Celedonii jam usque ab anno 1791. approbat. et concess. Ecclesiæ Santanderiens. die 31. Augusti in festo eorumdem Sanctorum Martyrum Civitatis, ac Diæcesis Calagurritanæ Patronorum, rit. dupl. i. class. cum octav. quotannis legi, ac recitari posse concessit, ab Universo præfatæ Diæces. Clero. Hac die 8. Julii 1817.*

*Julius M. Card. Episc. Tusculan. de Somalia Vicarius generalis
S. R. C. Præfectus.*

J. A. Sala S. R. C. Secr. Coad.







A 7

77/